

1348 id 24 Junii

Ex MS. Capituli Błocen.

373.

Privilegium Jaroslai Archiepiscopi Gne-
znensis ordinationis inter episcopum et ec-
clesiam Błocensem, nec non ducem Dobrinen-
et subditos, super decimis et aliis differentiis

74

In nomine Domini amen. Nos Jaroslau divina pro-
videntia sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopus, notum
facimus universis tam presentibus quam futuris, ad quoru
notitiam devenit scriptum presens. Quod licet ab olim
inter magnificum principem dominum Vladislau Dei
gratia Ducem Lanciadiensis et Dobrinensis terrarum, ex una,
et venerabilem in Christo fratrem nostrum, et dominu
Clementem eadem gratia Błocensem episcopum, et suam
Błocensem ecclesiam, parte ex altera, super solutione de-
cimarum, seu certe pecunie, loco et nomine earundem
interra Dobrinensi, per incolas eiusdem terra, tam in vil-
lis ducalibus, quam etiam militaribus, que ipsi domi-
no episcopo, et dicte sue Błocensi ecclesie, annis sin-
gulis fuerit facienda, gravis fuerit, seminante satoris riza-
nie, discordia seu controversia suscitata, quia tamen Christi
clementia annuente, placuit eisdem partibus, dispensationis
huiusmodi, scrupulo procul moto, in nos tanquam in ar-
bitratorem, seu amicabilem compositorem, super premis-
sis sponte et liberè et amicebiliter compromittere et etiã
convenire. Nos gratia sancti Spiritus invocata, dictas
partes, videlicet ducem et episcopum prenotatos, ipsis
consentientibus, et etiam approbantibus, per viam et mo-
dum concordavimus, et ad pacis federa reducimus infra-
scripta. Ita videlicet, quod dictus Dominus Dux Vladislau-
us, imprimis villas videlicet Ruoz et Trambino, cum sur-
is pertinentiis, situs in terra Dobrinensi predicta, dicto
domino episcopo, et sue Błocensi ecclesie tenetur re-
stituere, prout in venis suis sunt gadibus seu graniciis
limitate,

Jablonskis

limitata. Quod si quispiam super huiusmodi limitibus dicto domino episcopo, vel ipse episcopus, alii seu alius moverit in posterum questionem, extunc dictus dominus dux, ex prelatiis et canonicis Plocensis ecclesie quatuor, dictus vero episcopus similiter inter barones seu milites terre Dobrinensis quatuor eligere tenebuntur, de quibus eis videbitur expedire. Qui omnes simul prius fideliter super hoc et plena informatione prehabita, iuramento etiam prestito, ab eisdem electis, secundum modum premissum dictas villas distinguant ab aliis, per gades seu granicies et etiam limitabunt, duraturas perpetuo, iuxta quod eorum videbitur honestati, qualibet partium predictarum, seu etiam aliorum quorumlibet contradictione cessante, et hoc idem servabunt Domini et partes predictae, ex utraque parte octo videlicet eligendo personas modo predicto, ad limitationes et gades in bonis et possessionibus dictae Plocensis ecclesie, et bonis dicti domini ducis contiguis, in dictae terre Dobrinensis dominio situatis. Quod si predictae octo persone per dominos predictos ecclesie electae, ad limitationem prefatam modo debito faciendam nequiverint forsitan concordare, extunc super hoc sorte missa, ea pars cui sortis dederit, ipsas hereditates, secundum Deum et conscientiam limitabunt. Quibus taliter limitatis, si deinceps questio super his oriatur, ius communiter servabunt, aut ipse episcopus literis dicti ducis, quas super limitatione prefata dicto domino episcopo dare promisit, se tuebitur, et de eadem limitatione docebit, dictas vero hereditates capresse ac etiam nominatim, et alias

diurn

}

dium similiter Miesianczkowo, dictum Brensk pronunc
 episcopus noscitur obtinere, Iythno cum lacu Bogorzalowo,
 Biskupino, Piaseczno, Ulniew, Biolynie, Bandkowo, Cuz
 pryce, et ceteras omnes villas, prout in veris suis limi
 tibus in dominio terre Dobnensis sunt distincte. Item vil
 la Sanki ejusdem episcopi sita in terra Lanciciensi eade
 libertate gaudebit, excepto quod Dux Lanciciensis statio
 nem sive Ithan semel in anno habet in illa, et homines
 de eadem iuvabunt ad edificandum castrum, seu readifi
 candum, et hoc tunc tantum, quando homines archiepi
 scopi Gnezniensis hoc facient, et ad hoc evocati sive iussi
 transibunt, dictus dominus dux Wladislaus pia memo
 ria domini ducis Conradi privilegium et tenorem ipsius
 qui sequitur in hac verba:

Ego Conradus Dei gratia dux Masovie etc. ea toto ac
 plenissime approbando et etiam confirmando, debet et tenebitur,
 a sua suorumque iudicium, subiudicium, castellanorum o
 mnium iurisdictione, dominio, ac etiam potestate, nec non
 collectis exactionibus, bove, vacca, ovc, perna, sthan, et ge
 neraliter ab omnibus angariis, preangariis, quocumque no
 mine canseantur, consuetis in terra predicta, duci, seu domi
 no, de villis et earum incolis exhiberi, plene et totaliter exee
 mere, ac etiam liberare, eo dumtaxat excepto, quod quan
 do unque castrum in Ripin de novo edificari, vel iam
 destructum, et pro vetustate consumptum, seu alio infor
 tunio destructum, per terrigenas omnes communiter rea
 dificari contingat, tunc dictus dominus episcopus et sui
 successores, pro constructione et qualibet readificatione
 seu reformatione castri predicti, decem marcas Thoru
 nensis monete solvere sit adstrictus. Preterea, quia do
 minus Clemens episcopus Glocensis, sui Glocensis Ca
 pituli, ad id etiam accedente assensu, in tota terra Do
 b

brun:

3

brinensi, per quatuor Scothos de quolibet manso nomine
decima et ratione ipsius solutionem per incolas eorundem
statuit, limitavit et voluit sibi et sue Plocensi ecclesie
fore perpetuo in posterum faciendam; dictus Dominus
Vladislaus in recompensam illius, centum mansos de
mentis arvis, dum tamen sint arabiles, utiles, et habiles
pro cultura, circa Gorzno, aut circa Rusz, et Trambino
predicta si fieri commode poterit, aut alibi in viciniori
loco ubi videbitur, a dominio suo, prout alie hereditates
et villa Plocensis ecclesie, existunt, liberos, et exemptos,
distinctos a bonis circumiacentibus integraliter, et bo-
na fide date et assignata tenebitur ab homine quolibet
cubrigatos seu etiam expeditos, penes dictam Plocensem
ecclesiam et eius Dominum perpetuo permansuros.

Ceterum sculteti villarum terre Dobriniensis predictae,
in die beate Catherine virginis, pro quolibet manso vil-
larum, in quibus scultetias obtinere noscuntur, per qua-
tuor Scothos exigere et recolligere fideliter, ac etiam ex
integro, quando per nuntios vel literas Plocensis episcopi,
qui nunc est, et qui pro tempore fuerit, moniti seu requi-
siti, catiterint, in Dobrin vel in Rippin eidem episcopo vel
ejus nuntio ad id specialiter deputato, suo periculo de-
portare, dare etiam seu presentare, annis singulis, perpe-
tuis temporibus tenebuntur. Jam pecuniam recollectam,
ut prefertur, et nuntio dicti Plocensis episcopi presenta-
tam, si idem nuntius, eandem dicto episcopo, tunc, se-
cure, et sine periculo deportare nequeat vel non pos-
sit, tunc Dominus Dux prefatus, rogatus tamen et
cum debita reverentia, ipsam pecuniam per suos ho-
mines, et suo damno dicto episcopo tenebitur destinare.

Quod si predicti sculteti in exigendo censu prefa-
to, dicta Plocen, ecclesie, nomine decima debito, fue-
rint negligentes aliqualiter, seu rebelles, sub iuramento

nullam